q **Quecunque.** Nisi obligationis initium sumatur ex persona nostra non queritur obligatio sed inanis erunt h. d. Et hanc Bart. sumpsit rationem quare verba sententie non sunt formanda in persona absentis. sed solum in personam procuratoris aut defensoris in iudicio venientis: de quo per eum in l. i. C. de sen. et interlo. om. iudi. et ff. ti. i. l. stipulatio ista. §. alteri. et §. si quis insulam. Vel sic. Alter alteri neque stipulatur neque paciscitur nisi obligationis initium sumatur a persona stipulantis aut paciscentis. h. d. ¶ In tex. ibi. Neque emere. formando verba hoc modo videlicet. Titius emit a te domum hanc. cum titius non sit presens. ¶ In tex. ibi. Vendere dicendo hoc modo: titius vendit tibi hanc rem cum non sit presens ¶ In tex. ibi. Contrahere. subaudi aliter quam per consensum puta re vel verbo. Exemplum si dico. Titius pignorat tibi hanc rem: cum titius non sit presens: vel ut pignoras hanc rem titio cum titius non sit presens Et eodem modo dicas formari verba depositi et commodati in personam tertii absentis cui obligationem volebam acquirere. In obligatione vero que verbis contrahitur figura formatur sic: promittis illi quod dabis illi centum ille presens non sit. nam talis est stipulatio tam in persona eius quam etiam in persona mea sive mea intersit sive non intersit. ut not. glo. i. d. §. si quis insulam et bene licet glo. hic dicat et male quod ego agere possum ex hac stipulatione si mea interest sed falsum est ut ibi not. glo. Bar. et ego post eum et bene. Remedium ergo quo utimur est hoc quod quilibet potest stipulari sibi recipienti pro tertio et tunc stipulatio utilis est et ego cogor actione cedere ut not. glo. i. l. huiusmodi in pri. ff. de leg. i. que non est ubi ita clare: et hoc more utuntur notarii. ¶ In glo. i. ibi. Vel etiam illi extraneo. nam cum verba obligationis et exactionis conferuntur in persona tertii. nullo modo valet hec stipulatio argumento huius. l. unde licet mea intersit: ego non ago: et hoc tenet glo. i. d. §. si insulam. Sed cum verba obligationis conferuntur in persona tertii puta promittis illi quod dabis illi. tunc bene ago si mea interest et non ille: et hoc casu verum diceret glo. ¶ In ea. ibi. Tunc mihi. intellige mihi suo nomine recipienti. et semper stipulatio utilis est et hac stipulandi forma hodie utuntur notarii que est approbata in glo. i. l. huiusmodi. ff. allegata. ¶ In ea. ibi. Et sibi utilis queritur licet Mar. opinio Mar. est vera in quibusdam casibus. sed regulariter falsa est quod ex stipulatione nostra regulariter non acquiritur alteri sine cessione licet hoc fallat ut not. in l. ff. in uersi. supra. §. cequi. et C. ad exhi. l. si res mag. Ange. de perusio.

e **Ex depositi.** Si dolus dederit causam contractui et purgatur per actionem descendentem ex contractu heres tenetur sicut defunctus: sive ad eum pervenerit sive non et sive lis fuerit contestata cum defuncto sive non h. d. et cessat de primum. Et cum ista l. concor. ff. eo. l. ex contractibus. ¶ In glo. i. si ibi. secundum quosdam. et hec. Item ff. de prec. l. quesitum §. si. solve ut ibi et l. cum precario eo. ti. veritatem autem summe ex summario intellecta ¶ In glo. fi. a si. ibi. l. fi. et C. de nego. gest. l. curatoris. Et hic quod ubi defunctus ex necessitate contrahit seu ex quasi. tunc ex eius culpa non convenitur heres: nisi ad heredem aliquid pervenerit. aut cum defuncto lis contestata fuerit. Secus si voluntarie ut in negotiorum gestore. nam etiam ex sola culpa defuncti convenitur heres licet cum defuncto non fuerit lis contestata nec ad heredem quicquam pervenerit: ut ff. de nego. gest. l. iii. §. hec actio.

i **In factum.** Filii suo nomine habent actionem in factum si modo alia in factum nunquam aliud nomen habuit aut habet. h. d. secundum lectu. Jo. quam approbavit Rap. in hac. l. Et venit ad complementum et subsidium l. filius. ff. eo. Attende tamen quod licet filii habeant istam actionem suo nomine et directam tamen hoc iure non habent exercitium earum nisi cum equitas suggerit eis dari: puta quod pater est absens aut presens sed vilis et abiectus: ut not. in l. si longius. §. si filius. ff. de iudi. communem. l. sed

si vivens §. filiosa. I. deinur. habent etiam proprio nomine isto iure actiones et earum exercitium ex castrensi vel quasi castrensi peculio competentes. ut. l. i. de castren. pecul. Ibi. in factum actiones nec ob ῀ de calū. l. si quis ab alio. ut ibi not. Ibi. actiones ex edictis vel interdictis competentes que nanque nomen aliud habuerunt nec habere possunt sm verum intellectum. et hoc tenebat Roy. et illas habent nomine proprio et similiter nomine proprio exercent subaudi absente patre et eius procuratore. ut dixi. pretor enim solam humanitatem intuitus est non iuris rigorem iuris civilis sm quem filii habentur pro nihilo ad instar quodammodo servorum. ¶ In glo. magna. ibi. Equivalet actioni prescriptis verbis. ut ff. de presc. ver. l. i. et l. sequ. ¶ In ea ibi. Non datur alia actio in nomina prima interdictum quod vi aut clam. vel possidetis et similia. ¶ In ea. ibi. Tertium subsidiaria aquilie. Exemplum est quibus misericordia motus solum compedivit nam non tenetur directa vel utili aquilia sed in factum. ut insti. ad l. aquil. §. fi. ¶ In ea ibi. Quartum generale nam cum quolibet interdicto concurrit in factum actio quantumcumque ex eo nascatur interdictum nominatum. ¶ In ea. glo. ibi. Jo. dicit. et hec vera et hanc tenuit. ¶ In ea ibi. Ut de albo. s. corrupto. ¶ In ea. glo. ibi. §. si filio. sed ibi non datur actio in factum filio. ratione eius quod fuit in potestate patris. ¶ In glo. fi. ibi. Suo nomine et directo: absente tamen patre. ut. d. l. si longius. §. i. in fi. de ut ibi. et latissime in Spec. de actore §. i. vers. sed et summa. in. viii. colū. in prima parte. Ang. de perusio.

f **Ervi ex.** Servus ex delicto obligatur civiliter et naturaliter ex contractu: et si pecunia mutuata per servum solvitur sibi liberatur solvens. h. d. In si tex. ibi. Libero: eadem ratione liberatur accipiens pecuniam a monacho si ei restituatur ut hic et legibus allegatis hic in glo. fi. quas vide. et dixi in. l. quod servus. ff. de solutio.

q **Ui cum herede.** Ista. l. de ibo ad verbum est. ff. de excep. rei iudi. l. qui cum herede. et ibi examinavi eam. Ex breviter h. d. Cessante causa absolutionis cessat effectus eius h. d. Ibi. Cum herede instituto. Ibi. Emancipato in preterito. Ibi. Emancipato. s. eodem. Ibi. Omittentem repudiationem vel ipsum triennium. Ibi. Postulabit s. creditor hereditarius aut etiam legatarius. Ibi. Restitue. vel per beneficium restitut. in integrum sm unum intellectum. vel ipso iure restitutas actiones sm alterum. Prima vera quando absolutoria est lata simpliciter ut tunc fit locus beneficio restitutionis in integrum et hoc tenet glo. in. l. qui cum herede. ff. de except. rei iudi. Sed si non est facta simpliciter absolutio sed ex causa certa et determinata quod filius emancipatus est preteritus et sperat per eum contra tabulas: tunc non est necessaria restitutio: sed iterum agi potest et rei iudicate non obstat exceptio. et ita loquitur hec. l. et summarius intellectus quem vidi quod cessante causa absolutionis: cessat eius effectus. Ibi. Exceptione summovens est non apte et colorate obiici debere exceptionem sic. ff. de excep. rei iudi. l. qui cum herede. cum concor. excipiens ergo inepte succubet ut hic et ibi et l. i. §. labeo. de flumi. et in cle. uni. de appella. ubi tex. est optimus. ¶ In glo. ii. ibi. Ex nova causa immo agitur ex eadem causa et sic non agit iterum sine restitutione. Et hoc intellige si absolutio de reo est facta simpliciter causa non inserta. sed si causa fuit inserta non est necessaria restitutio ex quo cessante causa cessat effectus et ita loquitur hec glo. et ita dixi in. d. l. qui cum herede. ¶ In glo. fi. ibi. Sed hodie tenetur creditoribus respondere: de legatariis vero libertati et aliis de ut. l. fi. hic allegata. Ang.

q **Ui a servo.** Servus hereditarius ex causa peculiari possidente hereditati proprietatem et possessionem acquirit ex contractu vero actionem h. d. ¶ In tex. ibi. Et servo. ¶ In tex. ibi. Rogaverit s. ab ipso servo qui pecuniam mutuam dedit. ¶ In tex. ibi. Peculiare negocium. subaudi maxime ut sic esset oe contrarium de quo in glo. ultima huius. l. ¶ In glo. i. ibi. immo dic quod qui pecuniam mutuam sumpsit pignori dedit servum et potest dici hic servus hereditarius propter possessionem quesitam hereditati. ¶ In glo. ii. ibi. Quasi peculiarium sit victum rei quod est fallaciam ut nota in l. victa C. de acqui pos. et ff. de reg. iur. l. quod ipsis. ¶ In ea. glo. ad fi. ad hoc supra de acqui. pos. l. quod meo. §. procurator. ¶ In glo. fi. ibi. Sed hic dicit singu. sic. ff. de acqui. here. l. geru. Vel dic quod possessio defuncti non queritur hereditati quia hereditas nunquam fuit s. d. per servum hereditarium unde queritur ut hic. ¶ In ea. ibi. Ut d. l. quod si servo. dic ut ibi not. in. §. fi. Ang.

o **Mnes.** Creditor ex duabus causis lucrativis recipiendo speciem in obligationem deductam ab uno ex debitoribus. liberat universos. h. d. Vel sic. Omne cause lucrative in eadem specie que possunt ad oculum demonstrari non concurrunt: et ideo eveniente sola ab uno ex debentibus liberantur universi h. d. in terminis et in summa. et glo. allegat hic concordantes vidistis anno. ff. de leg. ii. l. meuius §. duorum. et nota. in. l. qui. x. §. sticbum. ff. de solu. in obligatione autem generis bene possunt concurrere: et in obligatione speciei que non potest ad oculum demonstrari sicut est pars pro indiviso ut in. d. §. duorum. et in obligatione alternativa similiter non procedit hec regula ut ff. de leg. i. l. non quocunque. §. fi. et. l. huiusmodi. §. si tibi. eo. ti. Hec etiam procedit ubi obligatio a principio in persona diversorum creditorum nata est etiam si unus alterius iure fungatur. Exemplum si mihi et servo meo promisisti eandem speciem ex causa lucrativa: ut. l. si servus legatus. §. i. ff. de leg. i. et omnia sunt plana.

f **Is qui.** Due cause quarum una est lucrativa alia non in eadem persona possunt concurrere et solutio facta per unum debitorem non liberat alium. h. d. et iste est verus intellectus. Et idem si ambe obligationes descendant ex causa non lucrativa: tunc solutio unius non liberat alium et ita declarant ff. i. primo. ¶ In tex. ibi. Stipulatus fuero. s. ex causa non lucrativa et cessat omne contrarium vel etiam ex causa lucrativa sed si successi ei cui ex testamento debebantur id. in stichus. et ille cui successi non erat solvendo: unde licet habeam actionem testamenti vigore tamen ex quo hereditas non est solvendo non habeo eam ex causa lucrativa. ¶ In glo. Cum quo. ibi. sed legatum non male dicit quia semper legatum debetur dicitur ex causa lucrativa ut. l. nec edicto hic allegata. ¶ In ea. ibi. Prima placet et bene quia stipulatio hic intercessit ex causa non lucrativa et deinde postea ex lucrativa eidem obligatio est quesita. Ang.

e **X promissione.** Quo ad maritum non dicitur dos ex causa lucrativa sed quo ad mulierem sic h. d. communiter. l. ultima §. si a socero ff. que in frau. cre. Unde etiam filia ex causa lucrativa habere dicitur dotem a patre maritus aut ex onerosa cum sustineat onera matrimonii. ut l. pro oneribus. C. de iur. dot. Et ideo exceptio doli obstans mulieri obstat marito cui delegatio facta est quia non pretendit nisi causam onerosam ut. l. apud celsum. §. apud iulianum. et ff. de exceptione doli. ff. de doli excep. et ff. de condi. ob cau. l. si donaturus. cum aliis per gl.

f **Ervus non.** Servus in arboribus parendo domino non excusatur. sed in levibus sic. h. d. ¶ In tex. ibi. Non abesset. Quando autem violentia absit a maleficio: tex. sequens in vers. sed si hoc declarat. ¶ In tex. ibi. Et contentione nata esset inter dominum et alium. ¶ In tex. ibi. Sui aliqua vis. s. turbativa. Exemplum ergo pone in vi expulsiva vel ablativa et in hac servus domino parere non debet quia ab ea maleficium non abest: et ita loquitur vers. sed si aliqua. Si vi autem turbativa pro qua non est proditum iudicium criminale: ut. l. i. numerarum. §. si quis me. ff. de inius.

intelligunt

intelligunt quidam hunc versi. sed si. Unde servus turbavit de mandato domini aliquem in possessione sua: furem non debet puniri z dicunt verum quia ista violentia infertur causa iuris retinendi. ut patet ibi ubi aliqua vis iuris retinendi causa z c. Unde si plures se possidere contendunt servus unius pro defensione possessionis domini sui vim inferre potest z illa violentia non est punibilis quod tene menti ut hic. Sed si constat quod unus possidet z pacifice: tunc de mandato domini servus illam possessionem turbare non potest z tenetur liber factus quia talis violentia a factore non abest. ut patet hic in litera. ibi iuris retinendi causa z quod pro tali violentia est productum iudicium iniuriarum. ut. e. §. si quis me. z ibi oui.

c **Ontraxisse.** Locus destinate solutionis fingitur locus contractus non locus in quo vere z realiter est celebratus contractus. h. d. Ibi. Obligavit. z in illo loco destinate solutionis potest conveniri z non alibi quod tenet glo ff. de iudi. l. heres absens. §. si. z co. in. l. exigere dotem. z hec fuit opinio Bal. Sed Azo. contra quod immo etiam in loco ubi contractus celebratus fuit licet alia ratione quam contractus ibidem domicilium non sortiretur z hoc firmat glo. in. l. si vo §. ulsanie. ff. de consti. pecu. Prima opinio vera est quam etiam firmat glo in. l. iii. ff. de bo. auc. iudi. pos. hanc eandem opinionem firmant Inno. in. c. dilecti. de fo. competen. Addens unum verbum mirabile quod nedum coram ordinario: sed etiam coram delegato in loco destinate solutionis quis conveniri potest. Et similiter si in loco contractus conveniri potest puta si invenitur ibi etiam coram delegato potest conveniri quod tene menti perpetuo. Quid autem si quis promisit solvere utrobique locorum dic quod utrobique poterit conveniri: z intelligitur ubique contraxisse ut. l. si ticium z meuiam. §. tutores. ff. de adminis. tuto. nec poterit declinare forum per l. si convenerit. ff. de iuris. om. iudi. quia illa lex intelligitur in eo qui extra iudicium promisit coram non suo iudice respondere: z per pactum extra iudiciale. Unde ante litem contestatam habet potentiam declinandi non postea ut ibi. z C. de pac. l. si quis in conscribendo. z ibi per Cy. Cum autem supponitur iurisdictioni iudicis quem declinare potest ut scholaris qui promisit etiam extra iudicium sub alio iudice respondere non habet potentiam declinandi quia nunc renunciat solum privilegio fori: z sic pendente lucta non est nam illius iudicio ante renunciationem iurisdictio erat firma licet per declinationem posset elidi z ideo tunc non habet locum. d. l. si convenerit ut no. in. d. l. si quis in conscribendo z in. c. dilectis per Innoc. z vide ad predicta. ff. deposi. in. l. licitas. z vide etiam quod no. Barto. circa hoc in. l. iii §. si quis ita. ff. de eo quod cer. lo. Et quod dixi contrahentem ratione solutionis contractus posse conveniri ubi invenitur intellige ut possit ad definitivam sententiam pervenire sed quo ad hoc ut reus in missionem in possessionem ponatur etiam si ibi non inveniatur conventio erit proficua z de hoc habes plene in. c. romana §. contrahentes. extra. de foro compe. lib. vi. z not. in. d. l. heres absens. ff. de iudi. Unum autem considera quod ubi quis contrahit cum alio velut viatore mercatore z advena non potest illum ratione contractus velut advenam conveniri nisi natura contractus aliud desideret. Exemplum pone in eo qui venit ad nundinas ut emat unum equum nam si recipit equum z fides non fuit habita de pretio ibidem poterit conveniri alias multis exceptionibus locus esset ut probatur in d. l. heres absens. §. proinde. z §. seq. z. seq. ff. de iudi. locus autem in quo contractus iam celebratus de scribi vel etiam obligatio iam contracta dissolventur non facit quem remisse de foro illius loci. ut d. l. exigere dotem. sub suas lecturas.

c **Um quis.** Fideiussor debitoris mercis in diem mercede non tradita propter moram ad extimationem illius mercis tenetur secundum tempus satisdationis z non contractus. h. d. in terminis z in summa. z cessat omne contrarium. ¶ In tex. ibi. Satis acceperit: z mora fuerit contracta z cessat contrarium debebitur enim extimatio officio iudicis propter moram. Sed ubi extimatio debebatur iure actionis tunc semper inspicitur tempus contractus z non crescit neque decrescit in. l. si fundum condictionem ff. de nova. z extra. de censi. c. cum canonis. per Dy. de leg. iii. l. uxorem §. i. z per Bar. z per me in. d. l. fundum conditionem. Ang.

t **Raiecticie.** Dies interpellat pro homine: z ubi est apposita dies z pena post diem non admittitur purgatio more. h. d. Ego istam materiam plenissime examinavi per regulas z instantias multa de meo addendo in. l. si insulam. ff. de verbo. oblig. in repetitione quam feci bononie z fuit una de pulchrioribus repetitionibus quas unquam fecerim iudicio meo. ¶ Ibi. Traiecticie est autem traiectitia contractus pecunie mutuata ut ultra mare portetur periculo creditoris. Et in hac in fine ultime pro habete est opinio finaliter dic ut no per glo. z Cy. in autentica ad hec. C. de usu. ¶ In tex. ibi. Si dies interpellatura non esset. s. posse per penam quod dies interpellat pro homine nec est necessaria hominis interpellatio. ut hec z l. magnam C. de contraben. z commit stipu. ¶ In tex. ibi. Quominus solveret post istud verbum solveret. intelligo versi. nam z si arbiter ff. eo. z non egebit ille versi sub arbitrio alias sic ut in glo. nam z si. ¶ In tex. ibi. Et hoc rectius dicitur hoc ideo quia est apposita dies z pena in non admittitur purgatio more. secus si non est apposita dies z pena: vel pena z non dies. vel neutrum ut plene declaravi in. d. l. si insulam. ff. de verbo. obligat. ¶ In tex. ibi. Certo die non statuto per legem ut in tempore quadrimestri tunc enim posset mora purgari. quia ubi adiicitur pena ab homine: dies autem subintelligitur a iure. locum habet purgatio ut. l. si arrogator. circa si ff. de adopt. Unde si arbiter exprimit diem legalem ille appellatur dies legalis non hominis merito admittitur purgatio more ut not. ff. de re iudi. l. iiii. §. si quis. ¶ In tex. ibi. Datum videri. z hoc casu habet locum purgatio more z dic tantum videri ab arbitro: z est ille dies qui tacite inest ex lege z ideo admittitur purgatio more ut in glo. z ff. viii. ¶ In tex. ibi intempestivo sic nec habebit locum purgatio more per supradicta. Ange.

s **I a furioso.** Ex quibus causis nobis ignorantibus acquiruntur actiones z ex eisdem etiam furioso. h. d. l. hora. ¶ In tex. ibi. Ergo posse. hoc examinatur in. l. furioso. ff. de re iudicata. ¶ In tex. ibi. Rem tradiderit. sub. nam et querere pandarus z in fa enim denocatoria propter alienata in fraudem sui. ¶ In tex. ibi. Et cetera. Non legatum acquiri ignoranti z furdo z ideo transmittitur ad heredem si cesserit dies legati tempore mortis legatarii ut. l. cum pater. §. furdo. qui continue allegatur ad hoc. ff. de leg. ii. z ff. de testa. l. filius. §. marcellus. z C. de cura furio. l. fi. §. legatis. Hec eadem. ff. de acquirenda hereditate. l. antistius. §. fi. ut ibi nota. Ang. de peru. sio.

a **Ctionum.** Iurisconsultus ponit hic unam divisionem actionum z dicit quod actio duplex est una est in rem altera in personam z hoc intellige verum accipiendo verbum actionis large sed accipiendo proprie z stricte actio z proprie illa est que in personam infertur obligatum ad aliquid dari fieri vel restitui ut. ff. eo. l. actio in personam. largissime autem actionis verbo tam in personam quam in rem quam etiam mixta vel etiam extraordinaria continetur ut. ff. eo. l. actionis verbo. z de hoc plene habetur insti. de actio. in princi. ¶ In tex. ibi. Que condictio appellantur. z vide Rofre. in suo libello in sini. famili. hercis. in fine ¶ In tex. ibi. Per quam. Nota bene quod actio in rem est remedium per quod rem nostram prosequimur: actio in personam est remedium quo prosequitur: ut patet contrario tex. ff. ibi. Qua cum eo agimus z c. de quo per glo. z docto. insti. de actio. in

prin. ¶ In tex. ibi. Obligatus est nobis. i. personaliter vt. ff. eo. l. obligationum substantia. Interdum autem actio personalis datur nobis contra non obligatum: exemplum in omnibus actionibus in rem scriptis que competunt ratione possessionis contra possidentem vt plene not. per Dy. in l. fluminum. ff. ad leg. aquil. et ff. de dam. infec. ¶ In tex. ibi. Que ab alio possidetur. Not. quod duo extrema causant actionem in rem: dominium ex parte agentis: et possessio ex parte conuenti vt hic et C. de adi. indi. mut. caus. fa. l. vnic. Interdum etiam datur contra merum detentorem. vt not. in l. officium ff. de rei vendicatione. Et istud est verum quando detentor possessor: sed vbi fatetur detentator conuentus potest euitare iudicium et nominare verum possessorem. vt l. ij. C. vbi in rem act. et sunt verba Innocen. in c. quoniam extra vt lite non contestata. Datur etiam hoc reale iudicium contra quemlibet agentem possidentem tanquam vt dicta l. officium. Datur etiam contra eum qui dolo desijt possidere. quoniam habetur pro possessore sed tunc non competit directum sed vtile. vt not. in l. is qui dolo ff. de rei vendicatione per Dy. in regula pro possessore de regulis iuris libro sexto ¶ In glo. Hanc diuisionem. Non multum approbat Io. i. in arbore et est ratio quia ipse sic prosequutus actiones de diuisionem que tamen vere sunt vtriconsultus hic prosequutus est originem vnde nascuntur.

Ang. de perusio.

Actiones.

Actiones aut ex contractu nascuntur aut ex delicto nominato: aut ex delicto innominato nascuntur etiam ex varijs causarum figuris puta ex quasi delicto innominato vel ex quasi contractu. vt examinaui in l. ij. ff. eo. dic vt ibi. ¶ In tex. ibi. Sunt lucri causa. hunc tex. allegabat Ray. quod si statutum prohibet bannitum contrahere ad vtilitatem sui et vetat ex eo actionem oriri: quod intelligatur prohibere etiam contractum vltro citroque obligatorium et allegat etiam l. i. supra de contrahen. emptio et bene: verisimile est enim quod que accedunt ad contractum vltro citroque obligatorium semper accedant gratia sui lucri. ¶ In tex. ibi. Exempli gratia. Not. quod vbi lex procedit ponendo exemplum non quia lex restringat vt. ff. de dam. infec. l. damni. in § ij. in fi.

Ang. de perusio.

Omnes autem.

Hic ponitur alia actionum diuisio et est breuis. ¶ In glo. i. ibi. Quod obligationes si naturales iam ciuiles sunt de iure ciuili vt not. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. et iur. Quedam sunt introducte solum iure ciuili vt obligatio literarum obligatio verborum obligatio descendens ex contractu emphiteotico: et sponsalitia largitas vt not. ibidem. Sed quomodo actiones possunt esse de iure ciuili si obligatio que est mater earum iure gentium introducta est: dic quod ius gentium introduxit obligationes naturales sed non introduxit ciuiles: quia secundum illud omnia manu regia gubernabantur. vt l. ij. § deinde ff. de ori. iur. per Dy. insti. eo. in prin. Unde nemini pro executione obligationis competebat actio superueniente autem postea iuris ciuilis prudentia et volunt quod habens aliquam obligationem impetraret actionem a pontifice pro executione obligationis: et pontifex decernebat et si ille post modum cadebat a syllaba proponendo actionem ineptam cadebat a toto vt l. i. et ij C. de formu. et illa iuris prudentia hodie euanuit et vnicuique sine impetratione actio conceditur. et potentia proponendi eam si aliud sibi canonicum non obsistit. nam multa possunt obsistere petenti: que vide per ordinem in Specu. in titu. de actio. et in prin. et licet quis proponat actionem ineptam non propterea cadit a toto si tempore patitur vt l. accusatorem § de adul. et facit ad predicta quod habes. ff. de cape. dimi. l. eas obligationes. Ang.

o

Penales.

Licet litis contestatio facta contra defunctum faciat actionem contra heredem esse transitoriam. h. d. et de materia huius. l. sanct. § eo. l. con-

stitutionibus. dic vt ibi. et declara bene. l. vt in glo. et. C. ne ex delic. defun. l. vnica.

o

Bligationes.

Obligationes reprobate nulla potestate confirmantur. h. d. Sunt autem reprobate turpes vel impossibilitatem continentes: et hoc voluit glo. hic et bene. Ange. de perusio.

a

Ctio in.

¶ In tex. ibi. Rei persequende gratia. et sic verbum prosequutio coprehendit etiam illas que officio iudicis implorantur: vt glo. hic dicit et bene. Ang.

i

Uno ticio.

Obligatio prima non tollitur licet in cautione debiti quod contrahitur post primam de illa nulla mentio facta fuerit. h. d. et est notabilis casus qui tamen recipit publicam limitationem et notabilem per l. procula. ff. de proba. dic vt ibi. Ange. de perusio.

f

Eruus effectus.

Liberatus ab obligationibus propter seruitutem non recidit in illam licet indulgentia principis postea sit in libertatem ereptus. h. d. ¶ In glo. ibi. Uel supplicij. et sic videtur quod consumptio non faciat eum seruum esse sed immediate fit seruus pene iam sententia. Et coniungendo tex. cum hac glo. potest decidi illa questio quam ponit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusticia et iure. de condemnato ad mortem qui cum ducitur ad mortem eripitur de manu familie et ergo multos vidi euadere: vt nihilominus dicatur per sententiam factus seruus pene: nam hic per sententiam erat factus seruus pene post per indulgentiam principis est libertatem adeptus. ¶ In ea. glo. in fine ibi. A morte subtrahit vt de Lazaro vt § de regulis iuris. l. ea que raro.

Ange. de perusio.

n

On solum.

Impossibilis conditio apposita in contractum viciat illum. h. d. Quid de modo vide C. de transactio. in l. cum donationis et C. de condi. ob cau. l. si mulierem. An autem viciet vltimas voluntates non est nostra materia. Examinaui plene in. l. i ff. de condictio. insti. et dic vt ibi. ¶ In tex. ibi. Quam sciunt esse impossibilem. Idem si igne rent vt in glo. secunda in fine. et bene et ideo saluandum est maxime. Ratio autem est quia vbi ignorant et errant: errantium autem consensus est nullus. vt l. si per errorem supra de iurisdictionem omnium iudicum. ¶ In glo. prima. ibi Alias secus. Immo non secus quia siue conditio sit negatiua siue affirmatiua et sit impossibilis dispositio nullius momenti est vt hic. Et idem si dispositioni non addicitur conditio impossibilis sed in ipsa dispositione deducitur aliquid impossibile. puta si promitto per totam diem crastinam me remanere adeo quod nec naturalis nascitur obligatio vt regula iuris impossibilium per Dyn. in cap. nemo potest ¶ Non obst. l. impossibile hic allegata in glo. quia ibi conditio erat necessaria et ideo stipulatio indicatur pura et incontinenti agi potest: et quod idem sit in negatiua quod in affirmatiua impossibili probatur in l. stipulatio. hoc modo infra titulo primo. ¶ In eadem glo. ibi Uel dic vt ibi. Quia ibi proponitur actio potius ad resolutionem contractus quam ad perfectionem. et nascitur ibi. obligatio tacita extra id quod agitur vt l. si in qui. § si libero. supra comodati. ¶ In eadem glo. ibi. Sed ibi fauor vltime voluntatis. Hoc intellige quando creditor sciebat conditionem impossibilem tunc vicia tur dispositio vltime voluntatis sicut inter viuos vt l. seruo manumisso. ff. de condi. inde. que singularis est ad hoc.

¶ In ea.

¶ In eo. glo. ibi. Insti. de le. § fi. ibi. condicio fuit apposita in persona grauati et nisi impleuerit in penam fuit grauatus alteri dare centum: vnde talis grauatus non tenetur implere illam conditionem que impossibilis erat de iure: et que remiserit sibi necessitas implendi. merito si non implcat non debet legatum et per consequens vicinitur virtuns, et de hoc est no. in l. i. C. de his que pe. no.

Amet ex uno.

c Hic fuit vnum factum ex quo plures nascuntur obligationes ad diuersa tendentes terminum et per consequens diuerse agendi forme et ideo omnibus experiri permissum est. lex valde fecit deceptatum inter iurisconsultos: et illa est sententia huius litere in terminis et in summa. Et intellige quod cum factum est ex vna et exactum: quod patet altera ad id quod plus in ea quam in prima. vt sic non ob. contrarium. l. pe. eo. et l. pe. § de prima. dele. et ibi not. ¶ In tex. ibi. Post magnas varietates obtinuit. Nec obstat § de acc. l. senatus vbi antiquioribus legibus nemo reus fieri debet quod ibi criminaliter: hic autem ciuiliter agebatur. ¶ In glo. fi. ibi. Ad id quod minus in vna. et de hoc dicam. § eo. l. qui seruum § fi.

Constitutionibus.

c Pene persecutio contra heredem procedit sicut contra defunctum contra quem fuit lis contestata h. d. et sic verbum quasi positum hic in litera erit veritas expressiuum non autem improprie tantum: cesset omne contrarium. ¶ In tex. ibi. Pena: i. penali actione. ¶ In tex. ibi. Contestata fuerit. merito quia tantum per executorem solum. Ita dic quod imo per hoc contestationem et ideo dictio quasi infra posita est veritatis expressiua. Attende autem quod vbi maleficium commissum per defunctum purgatur per actionem descendentem per contractum vel quasi etiam lite non contestata vel quasi et si ad heredem nihil peruenerit: tamen conueniri potest heres. vt. l. ex deposito § ea. et § eo. l. ex contractibus. plene in § si hominem. § i. § depo. vbi ponuntur fallentie in glossa. Si autem maleficium purgatur solum officio iudicis de seruiente actioni proposite Exemplum pone in reali cum defunctus dolo desijt possidere: tunc et circa possessionem aliquid dolosum commisit. tunc non est transitoria illa actio contra heredem cum non fuerit cum defuncto lis contestata. vt in l. si in rem. la. ij. § de rei vend. coniuncta glo. quam tunc allegaui § eo. in l. ex deposito. Item attende ad aliud quod ille actiones penales verum est quod regulariter non sunt transitorie contra heredes de iure ciuili: sed et censura canonica bene transeunt cum non teneatur heres vltra vires hereditarias etiam si inuentarium non confecerit: quod est no. et signant et hoc tenet Inno. de resti. spo. c. in literis. ¶ In glo. ibi. Expressiuum est veritatis. hec vera et hanc tenuit. ¶ In ea. ibi. l. si. quia per veram lis contesta. fuit contestatus hic. et hec vera secundum Ray. ¶ In ea. ibi. Et sic non ob. dictum contrarium. de quo Insti. de ac. § item aduersus. et ibi glo. sola ergo aditio in dicto absque executionis missione quandoque habet multos effectus quos ponit Spe. in ti. de compe. iudi. adi. § fi. Et de hoc an sola executionis missio faciat actionem perpetuam vel saltem transitoriam ad heredes: dic vt no. per glo. et Bal. in l. sicut C. de prescrip. xxx. anno. verum est quod sit etiam transitoriam durantem vsque ad annos. xxx. lite contestata in annos. xl. vt glo. ibi dicit et bene. ¶ In ea. ibi. l. et ij. vnde libelli oblatio facta principe in annali et pretorem idem operatur quod litis contestatio. Ang.

Ut seruum.

q In isto prin. hoc est vnum factum et diuersa delicta. In § fi. ss. § ea. l. est factum vnum et delictum vnum et ideo sibi inuicem non contingunt. Et breuiter h. d. Verberans alienum seruum in iniuriam serui sui tenetur aquilia et iniuriarum et in potestate domini est quam vult exercere prius: et vna electa ad aliam non recurritur nisi ad id solum in quod plus competit. h. d. vsque ad § si is cui. Et iste l. habet satis subtiles casus et maxime in § fi. vt ibi videbis ¶ In tex. ibi. Iniuriose verberat in iniuriam serui domini: vt tollas contraria. ¶ In tex. ibi. Sed quidam absurde et male. ¶ In tex. ibi. Ex lege aquilia competit. ad. xxx. d. et competit actio respectu extimationis serui verberati cuius brachium ruptum erat vt in glo. et § ad l. aquil. l. si seruus seruum. § in. ¶ In tex. ibi. Etiam hoc consequi. Nec ob. fi. ante huius l. quia hic vnum factum et diuersa delicta et ideo per secundam actionem propositam quis consequi potest quantum minus quis fuit consequutus ex prima. Sed vbi factum est vnum et delictum vnum non potest agi nisi semel vt in fi. l. vel dic verius vt ibi dicam ¶ In gl. magna. ibi. Respondeo imo potest. hec vera et conclude ex glo. hec vsque ad § si. sed aliud in actione quod si proposita actione iniuriarum est habita ratio non solum contumelie sed etiam damni et tunc tollitur aquilia Sed si habita est ratio solius contumelie et non damni non tollitur et ideo glo. in l. dominum. C. de inoff. que dicit in actione iniuriarum non venire extimationem damni non dicit verum sed intelligitur vt supra dixi. ¶ In ea. glo. ibi. Cum ibi ex contractu hic non placet. imo ibi actiones erant contrarie in exercitio et ideo electio tollitur hic autem nec in origine nec in exercitio. Ang.

Si is cui.

Iste § loquitur quando facta sit plura et per consequens plures nascuntur actiones etiam rei persequutorie vel vna persequutoria et altera est penalis. Et breuiter h. d. Si cui due vel plures actiones rei persequutorie competunt exactio facta ex vna altera tollitur: sed persequutoria non tollitur per penalem nec etiam econuerso. h. d. et in hoc concor. § de condic. fur. l. si pro fure § furti actio ¶ In tex. ibi. Non confunditur s. per persecutoriam vt. § furti actio. ¶ In tex. ibi. Ille autem s. rei persequutione. ¶ Ibi. Ad id scemur et confundamentum quod exactio facta ex vna confundit alteram. ¶ In gl. i. Non tollitur. ibi. l. si is cuius quod intelligunt de actione furti. i. condictione furtiua que tollitur per aliam persequutoriam sed actio furti non confunditur per persequutoriam. vt. de eo. § furti. et supra in versi. quin etiam. Ang.

Si tibi.

Iste § est difficilis et difficultas eius causatur ex fi. in vsi. sed verius est et quidam habent ibi literam affirmatiuam remanere sine non et tunc non ob. contrarium l. vnde queritur § commoda. Quidam habent literam negatiuam cum non et tunc. l. illa multum ob. in fi. et quedam solutiones dantur ad hanc et quedam ad illam veritas est quam dicam tibi in additione tex. Et breuiter h. d. Si commodatarius in re commodata damnum dedit actio commodati et aquilie rei persequutione continent: et intentata vna per alteram tollitur et si primo fuerit actum aquilia finitur actio commodati. Sed si primo commodati actum est aquilia agi non potest pro eo quod plus in ea est ex repetitione. xxx. dierum h. d. et tunc bene stat lex. negatiua non remanere. Et pot esse ratio quod qui primo intentat actionem commodati certus esse debet quod per eam consequi non potest quicquid ex repetitione xxx. dierum que lex eum habet in aquilia et ideo videtur illud plus remittere propter propositionem ipsius: sed illud plus quod venit in aquilia propter inficiationem contentam non videtur agens commodati remisisse: quod nescire poterat an commendans negaret vel confiteretur damnum: et ista fuit intentio Io. po. sine gl. l. contrarie. que incipit vnde § commoda quam sequuntur est Bar. Sed Pe. Dy. Ja. de are. Theo. de mata dicerunt i. d. l. vnde queritur quod opio iurisconsulti infra posita in fi. sed Sed verius est non est opinio vera Sed tu defende hunc § et illam vt neuter alterum corrigat. ¶ In tex. ibi. Vtreque s. aquilia et commodati. ¶ Ibi. Continent. et ideo vna per alteram tollitur. ¶ In tex. ibi. Commodati finietur. hoc ideo quod in aquilia primo intentata venit rei persequutio et vltra illud venit quicquid debetur ex repetit. xxx. dierum. vel ex inficiatione: merito exactione facta ex potestate legis aquilie finitur actio commodati aut ipso iure aut exceptionis ope quod est magis. vt § eo. in § fin. ¶ In tex. ibi. xxx. dierum. Non bene quod loquitur de illo pluri quod venit in aquilia ex repet. xxx. dierum: non autem dicit de illo pluri quod venit in aquilia propter inficiationem. vnde iurisconsultus hic decidit non posse agi ad illud plus quod

venit ex repetitione prout habes litteram negativam. Et assignat iurisconsultus rationem quia illud plus accedit simplo quod debetur per actionem comodati quia simplum est sublatum per condemnationem et exactionem factam in actione comodati: et ideo illo simplo subducto non potest intentari aquilia ad illud plus quia extincto principali extinguitur accessorium ut in regula iuris accessorium. Et illud etiam est verum sine dubio si illud plus quod venit ex repetitione venit officio iudicis sed tex. in. l. ij. ad. l. aquil. dicit quod venit iure actionis: et ideo plus non videtur tolli principali subducto ut. l. i. C. de iudi. et ideo addendum est hunc tex. quod subducto simplo principali non habet locum aquilia pro illo plus quod venit ex repetitione tex. dictum quod imputari debet qui primo intentavit actionem comodati et non actionem legis aquilie. Sed hec imputatio fieri non potest si agit ad illud plus quod crescit per inficiationem et hoc modo defendas hunc tex. et illum post multas varietates que ponuntur in glo. tam hic quam ibi. ¶ In glo. in vbo. Re materie. ibi quia iure actionis venit. Immo venit actionis iure ut. l. ij. ff. ad l. aquil. et ideo supple ad tex. ut dixi in lra quod non remanet aquilia quia intelligitur actor renunciasse hanc penam propter propositionem actionis comodati. ¶ In ea. ibi C. depo. l. iij. illa loquitur in vestitis que mero debentur officio: et sic nil facit ad rem. ¶ In ea. glo. ibi. l. unde queritur in fi. ubi proponitur aquilia cum effectu post propositam actionem comodati cum effectu exercitionis. Sed dic illam propositam ad id quod est plus in ea propter inficiationem non propter repetitionem tex. dictum. Et hic etiam plurimi doc. ut dixi tenent quod iurisconsulti qui senserunt actionem illam remanere. dixerunt male quia hunc l. ¶ In ea ibi. De equitate hec solutio falsa quia etiam equitas scripta prevaleat rigori. ut l. placuit. C. de iudi. hic alias legata ergo illa que est anterior in ordine corrigeret illam quod est absurdum imo deberet esse potius econtrario: et de ista materia scripsi Bononie in l. item apud labeonem §. si quis servo verberato. ff. de iniur. Ultimo scias quod l. glo. in. d. § si quis servo. dicit quod hodie actio iniuriarum comodati et furti electione tolluntur ita quod eo intentato altera debet esse contenta per. l. fi. C. de fur. quod reprobatum fuit hic ut ibi. Ang.

1 **Abonorariis.** Dividit hec. l. in partes quinque quas Dy. et Bar. referunt hic. dic ut in eis hic. usque ad § In summiros. b. d. Actiones honorarie rei persequutorie ex utraque parte sunt perpetue nisi contra ius civile dentur ut sunt edilitie quanto minoris et rescissorie. penales vero saltem ex parte rei annales sunt et honorarie que post annum non dantur et in heredem non competunt nisi quantum ad eum pervenit. b. d. et iste est verus intellectus istius. l. et glo. aliter intellexerit loquendo de prosequutoriis quia facit differentiam an oriantur ex delicto vel ex contractu ut dicam in glo. magna. que verum non habuit intellectum. Et pro evidentia et decisione istius. l. et totius materie conclude quod quedam sunt actiones rei persecutorie ex utraque parte et iste sunt perpetue sive ex delicto sive ex alio facto nascantur ut hic cum iuncta. l. i. ff. de vi et vi ar. et. ff. de dolo. l. itaque. de ope. no. nun. l. pretor. § hoc interdictum et. l. 2. l. ait pretor. § pe. ff. que in frau. cre. hoc autem fallit solum in uno casu. s. cum actio pretoria est rei persecutoria sed contra ius civile datur: illa tunc non est perpetua. Exemplum in rescissoria que terminatur anno ut hic. et in edilitia que terminatur sex mensibus et in quanto minoris que terminatur anno. ut. l. sciendum. § fi. ff. de edi. edic. cum concor. ibi positis. Et glo. magna tenuit contrarium dicam oriam facit inter pretorias penales et non penales quancunque sint rei persequutorie quod est falsum ut dicam in glo. magna.

Penales vero ab initio respectu actoris et rei vel saltem rei tm finiuntur anno. ut in. ff. cetere. cum concor. hic allegatis in glo. fallit in actione furti manifesti que est penalis ex utraque parte et pretoria et tamen est perpetua. ut Insti. de perpe. et temp. ac. § furti. et frequentia delictorum hoc induxit ut multa crassantibus locus sit exemplo et hoc voluit hic glo. magna circa fi. et aliud ro reddi non potest: nam illa est penalis et pretoria ex utraque parte. ¶ Secundo fallit ubi actio penalis succedit in locum persequutorie ex utraque parte: nam tunc per omnia naturam earum sumit et ideo sicut prima erat perpetua sic et hec. ut. l. i. §. hec actio. ff. si ven. mo. inui. et ideo vidi rei vendicatio que datur contra eum qui dolo desiit possidere quia succedit in locum directe que datur contra possidentem est perpetua non obstante quod ex parte rei sit penalis et pretoria. ut. l. ele ctio. §. fi. ff. de nova conmunem. l. pe. eo ti. et illud ff. de in bo. Ex predictis habes regulam infallibilem verum actiones pretorie sive perpetue vel annales sive oriantur ex delicto sive ex contractu. ¶ Secunda consultatio iurisconsulti fuit an iste actiones pretorie veniunt in heredem: et hic conclude quod sive nascantur ex delicto sive ex alio quodam transeunt in heredem et contra ipsum intentantur quatenus ad heredem pervenit. quoniam lucra turpia sunt ab heredibus extorquenda. ut. ff. de calum. l. in heredem. Fallit nisi actiones penales infamant. Et pro consequendo id quod ad heredem pervenit intentari potest condictio furtiva vel alia non infamans nam tunc sufficit illam aliam non infamantem ad iudices posse competere. Exemplum si aliquid raptum est vi nam mortuo rapiente in heredem eius non competit actio vi bonorum raptorum que sufficit furtiva condictio. ut. l. ij. in fi. ff. vi bo rap. Item fallit in edicto de calumniatoribus. quod contra heredem non datur in factum. ut. l. in heredem. ff. de calumnia. Quando sunt actiones pretorie non durant nisi anno ille non sunt transitorie. et hec est regula generalis. Que fallit in uno casu cum subvictinque heres eximere se potest a pena per simplicem cautionem. Exemplum si immisso ex causa legatorum conditionali vel in diem violentia adhibetur per eum contra quem immissio facta est nam tam ille quam heres eius cavare potest penam talis violentie cavendo de solvendo legatum adveniente conditione vel die. et in eo qui missus est ex causa damni infecti et violentiam patitur nam penam huius violentie cavare potest is contra quem immissio facta est cavendo de damno infecto. et ideo licet ambe sint penales et pretorie tamen competunt contra heredem qui se eximere potest per cautionem sic intelligitur ff. ut sint et. l. i. §. fi. communia glo. allegante tex. in. l. uls. eo. tit. ¶ In tex. ibi. Diffiniendum. l. per dictas terminandum sit quod infra sequitur sunt et alie de inter pretorias et penales et non penales que non. Insti. de ac. § penales. dic ut ibi in glo. ¶ In tex. ibi. Ut que rei persequutionem habeant. Intellige quod habent rei persequutionem ex parte utriusque. s. actoris et rei ut est publiciana et similia. et ille rei persequutoria datur sine ulla cautione. et quamvis quamvis sit rei persequutoria ex parte utriusque s. actoris et rei tamen terminatur anno. ut in. §. sed etiam rescissa. ff. ea. l. quem hic innge. et si quis terminatur minori tempore ut est redhibitoria que et illa contra ius civile datur. ¶ In tex. ibi. Post annum dantur. non distinguendo descendunt ex delicto vel non. vetamen sint rei persequutorie hinc inde et glo. hic aliter intelligat et non bene et supra dixi. ¶ In tex. ibi. Cetere sunt penales et non rei persequutorie. ¶ In tex. ibi. Que post annum non dantur. he sunt omnes penales saltem ex parte rei. nam ille post annum non dantur et ideo nec in heredem dantur salvo nisi pro eo quod ad heredem pervenit. et ratio huius est quia turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda. ut. ff. de calum. l. in heredem. ¶ In tex. ibi. Ille autem rei persequutionem continent. tamen ex parte actoris quam rei. ¶ In tex. ibi. Nobis abest. et adversarie adest: ergo ex utraque parte est rei persequutoria. ¶ In tex. ibi. Cum bonorum possessore et cum illo qui debitori nostro successit de iure pretorio ut bonorum possessor. et sic l. obligationis substantia non possit variari ex persona heredis. ut. l. ij. §. ex his. ff. in. i. tamen qualitas obligationis variatur. et hic quod est notandum. a principio ergo obligatio contracta est. ideo obligatio cum defunctus. origine non fuit pretoria: et tamen in persona heredis pretoria videtur tenere merito. ¶ In tex. ibi. Sed cum rescissa beneficio restitutionis in integrum quod concedunt absentibus causa rei publice vel alias ex clausula generali si qua mihi iusta causa videbitur. ut. l. i. ff. ex qui. cau. maio. non enim habemus tractare de

